



factis bello imperatoribus: aut proconsulibus consulibusue creatis
 quinquies enim uterq; consulatum gessit: sed marcellū quintum
 consulem insidiis circumuentum oppressit. In fabium uō cū om-
 nis dolo atq; insidias saepius esset expertus nihil tamen perfecit.
 praeterq; semel fraude aggressus hominem parumper decepit: com-
 positus enim epistolis quae ex metaponti principibus: & primoribus
 allate apparebant. eas transmisit ad fabium: in iis erat scriptū ciui-
 tatem si ille adesset deditorem facturam e ciuib; consiliū concessis
 & conuatis illum tantum aduentare atq; prope adesse expectan-
 tibus. His litteris fabius per motus est: acceptā copiarum pte: eo p-
 fecturus erat: sed deterritus sinistris auibus consilium immutauit.
 nec ita multo post compertum est. eas litteras ab annibale dolo ad
 se perlatas: ab eodemq; sibi insidias secus urbem esse locatas. Voz
 haec deorum beniuolentia ascribenda sunt. Defectiones autem ciui-
 tatum: ac sociorum motus existimabat. fabius quiete clemēterq;
 congressibus & colloquiis sedandos ac sopiendos esse: nec omnem su-
 spitionem persequendam: suspectis penitus exulcerans. Dicitur e-
 nim cum sensisset militem marsum hominem fortitudine & genere
 sociorum primum cum quibusdam in exercitu de proditione con-
 silium inire: haud irritauit: sed confessus illum illiberaliter & prae-
 ter dignitatem esse tractatum: ac primum se inquit duces uehem-
 enter accusare: qui ad gratiam nō pro meritis honores impertiant:
 secundo illum qui nec uerba fecerit: nec illum adierit: si qua re sibi
 opus foret. his habitis bellico eum equo donauit: aliisq; militaribus pre-
 miis ornauit. Itaq; ex eo tempore hominem semper fidelissimū pro-
 tissimūq; habuit. Per indignum enim enim & non ferendum duce-
 bat esse: si cum uenatores & ii qui equos alunt: difficultatem eorū in-
 petum animosq; auferant: eum uō qui hominibus imperet. nō pluri-
 mum correctionis & emendationis ad clementiam mansuetudinē
 praeferre: sed immitiorem se in eos & uolentio rem praestare: q̄ in ca-
 prificos malosq; siluestres: & oleastros agricole soleant: qui bos in oleas
 illos in malos apios: alia in ficus colendo: molliendoq; paulatim transse-